



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Anonymus Abassinorum n. 28

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

nem cognoscam : auet enim mihi cor eam nosse. Oro igitur omnino veniant cum ijsdem Legatis , & libros legis adferrant , sciantque Patres qui venerint , me eos excepturum quām honestissime , & gratissimos habiturum. Postea vero quam Ego satis legem , eiusque perfectionem cognouero , licebit ijs suo arbitratu abire , à meque commeatu , & præmijs per amplis honorabuntur : veniant securi , Ego eorum defensionem in me recipio. *Hattenus Regis literæ Orientalium maximi Par. 4. Hist. Soc. lib. 7. num. 312.*

*Et suis  
Magistra-  
tibus ab  
Eodem  
commen-  
data.*

\* AB EODEM Ad Officiales sui Regni similiter scribente : Præcipio (*inquit*) supradictis meis Officialibus , quod tam D. Leonem Grimon , quām hos Patres , quos voco , honore multo colant , subministrando milites , qui eos securos reddant per totum iter ex vna in alteram Ciuitatem , tribuendo item omnia necessaria meis expensis : obligabuntur que eos ad me saluos & incolumes adducere , &c. In Deoque confido eos cum salute peruenturos ad hanc Curiam , in qua tam à me , quām à meis iuxta sua merita recipientur. *Sic apud Guzman in Hist. Mission. Par. 1. lib. 3. cap. 34.*

*Illam pre-  
vita &  
Regni pace  
Abassinus  
magis asti-  
mabat.*

28. A REGE , Siue Imperatore Abassinorum , qui oblatas sibi conditiones pacis ab hoste saeuissimo , quem etiam ipse metuebat , abominari maluit , quām admittere , propterea quod ea Sociorum saluti , & incolumitati inique , & iniuriosa viderentur , ipso palam acclamante : Imperatoris exercitu bellum præ pace , mortem pro vita experendam esse potius , quām vt hostibus dedi paterentur eos , à quibus viam salutis edocti , amarentur vt filij , defendentur vt clientes. *Ita apud Imag. I. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 659. fin.*

*Quantum  
amata ab  
huius Im-  
peratoris  
fratre*

29. A ZELACHRISTO Abassinorum Imperatoris fratre (quem , quia fortè in Regni habenas successit , in hac Classe describo) Is igitur ante annum à Societatis nostræ confirmatione Centesimum , eius tum gestæ rei memoriam die 27. Septembris aliquando re-

currebit-